TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0140

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

MS
140

Oppi
140

Ritua
ad usu
Eccle
De
stian
Mssa
Sec XVI

Ordo ad baptizandum puerum. Primo interroget Sacerdos de noīe pueri dicens



Petre, vel Joannes, vel mariā Quid petis ab ecclesia Dei? ℟. Fidem. Interroget. Fides quid tibi p̄stat? ℟. Vitam æternam. Int̄. Vitā æternam quis est tibi datur? ℟. Deus ⁊ pater domini nostri Jesu christi. Inter̄. Abrenuntias Sathane? ℟. Abrenuntio. Inter̄. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenūtio. Inter̄. Et oīb⁹ operibus eius? ℟. Abrenūtio. Postea insufflet in faciem eius in modum crucis dicens. Exsufflo te īmunde spiritus In noīe pa✠tris. ⁊ fi✠lij. ⁊ sp̄s✠ sc̄i amen. Itez. Auge īmunde spirit⁹ ⁊ da honorem deo viuo ⁊ vero. Exi īmunde spiritus ⁊ da locum Jesu xp̄o

filio et spū scō paracleto. Recede diabole ab hac ymagine dei, et increpatus ab eo da locus spū scō. [illegible] cum police faciat signū crucis in [illegible] dicens. Signum scē crucis dñi nri Jesu xpi in fronte tua pono. Item in pectore. Signum saluatoris dñi nri Jesu xpi in pect' tuū pono. Jtē in fronte et pectore. Accipe signum sancte crucis christi tam in fronte quā in corde. sume scutum fidei cœlestium ꝓceptorum: talis esto moribus, vt templum dei esse iam possis: ingressq; ecclesiam dei euasisse te laqueos mortis letus agnosce: horresce ydola: respue simulachra: cole deum patrem omnipotentem, et Jesū christum filium eius cū spū scō: qui venturus ē iudicare viuos et mortuos, et seculus per ignem. ℟. Amen. Oratio.

TE deprecor oīpotens eterne ds, vt huic famulo tuo. N. qui in seculi hui' nocte vagatur icert' et dubius viam veritatis et agnitionis tue tu deas demonstrare: quatenus reseratis oculis cordis sui: te vnum deum patrem omnipotentem in filio, et filium cum spū sancto i patre recognoscat, atq; huius ꝓfessionis fructū

hic et in futuro seculo percipere mereatur.
Per eundem dñm nrm Jesum christum filium.
Qui tecum viuit et regnat. ꝛc. Oratio.

Omnipotens sempiterne [illegible]
domini nostri Jesu xpi [illegible]
dignare super hunc famulum tuum
N. quem ad fidei rudimenta vo-
care dignatus es: omnemq; ce-
citatem cordis ab eo expelle; disrumpe omnes
laqueos Sathane quibus fuerit colligatus:
aperi ei domine ianuam pietatis tue vt signo
sapientiae tuae imbuttus: omnium cupiditatum
fetoribus careat, et ad suauem odorem praece-
ptorum tuorum letus tibi in ecclesia tua deserui-
at, et proficiat de die in diem: vt vdoneus effi-
ciatur accedere ad gratiam baptismi tui percep-
ta medicina. Per eundem xpm dñm nrm. R. Amen.

Hic Sacerdos signet infantem signo scte crucis

Preces nostras qs domine ele- Oratio.
menter exaudi, et hunc electum tuum N.
cuius cru✠cis dominice impressione si-
gnamus virtute tua custodi: vt magni-
tudinis glorie tue rudimenta seruans: per cus-
todiam mandatorum tuorum ad regenerationis

lauacrum et gloriam peruenire mereat. Per
xp̃m dominum nr̃m. Oratio.



Deus qui humani generis tam es
conditor vt sis etiam reforma-
tor propitiare populo tuo ado
ptiuo: et nouo testamento so-
bolem noue prolis ascribe: vt
filij promissionis tue quod nõ
potuerunt assequi per naturam: gaudeant se re-
cepisse per gratiam. Per dñm nr̃m Jesum christũ.

Exorcizo te creatura Exorcism⁹ Salis.
tura Salis in nomine Dei patris
omnipotentis: et in charitate do-
mini nostri Jesu xp̃i: et in virtu-
te spiritussancti. Exorcizo te per
deum viuum ✠: per deum sanctum ✠: per deũ q
te ad tutellam humani generis procreauit: a
vrmenta ad credulitatem per seruos suos con-
secrari p̃cepit: vt in nomine sancte trinitatis ef-
ficiaris salutare sacramentum ad effugandum
inimicum. Proinde rogamus te domine deus
noster: vt hanc creaturam Salis tu do[illegible]
sanctificando san✠ctifices: et benedicendo
bene✠dicas: vt fiat omnibus accipientib⁹

perfecta medicina permanens in visceribus
eorum. In nomine eiusdem domini nr̄i Jesu xp̄i.
Qui venturus est iudicare viuos et mortuos
et seculum per ignem. ℟. Amen. Item.

Bene ✠ dic omnipotens deus hanc
creaturam Salis tua benedictione
celesti in nomine domini nr̄i Jesu xp̄i.
et in virtute spiritussancti ad effugā
dum inimicum quam tu domine bene ✠ dicendo
bene ✠ dicas. Et sanctificando san ✠ ctifices.
fiatq; omnibus accipientibus ex ea perfecta me
dicina permanens in visceribus se sūmentium.
Per eundem dominum nr̄m Jesum xp̄m filium tuum
Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdē sp̄s
sancti deus. Per omnia secula seculorū. ℟. Am̄.
Hic Sacerdos mittat Sal in ore infantis dicēs
N. Accipe Sal sapientiæ: qd̄ propitiatus sit
tibi dominus in vitam æternam. ℟. Amen. De
inde dicat Sacerdos. Pax tibi. ℟. Et cū spi
ritu tuo. Deinde dicat. Dominus vobiscū. ℟.
Et cum sp̄u tuo. Oratio.

Deus patrum nr̄orum deus vniuerse ꝯdi
tor veritatis: te supplices exoramus:
vt hunc famulum tuum. N. respicere di

gneris propitius: et hoc primum pabulum salu
gustantem non diutius exulare permittas: quo
minus cibo repleatur celesti: quatenus sit semp
diuino spū feruens: spe gaudens: tuo nomini
semper seruiens: et perduc eum ad noue regene=
rationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis promis=
sionum tuarum æterna præmia consequi mere=
atur. Per xp̃m dominum nr̃m. ℟. Amen. Et te=
nendo manum super caput pueri dicat.

Pater noster qui es in cęlis sanctificetur
nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
Fiat voluntas tua sicut in cęlo et i terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et ne nos
inducas in tentationem. Sed libera nos a ma
lo. Amen. Et symbolum.

Credo in deum patrem omnipotentem
creatorem cęli et terræ. Et in Iesum
xp̃m filium eius vnicum dominū nr̃m.
Qui conceptus est de spū sancto nat⁹
ex maria virgine. Passus sub pontio Pilato
crucifixus mortuus et sepultus. Descendit ad
inferna tertia die resurrexit a mortuis. Ascen

dit ad celos sedet ad dexteram dei patris omni potentis. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in spiritum sanctum. Sanctam ecclesiam catholicam. Sanctorum cōionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionē. Vitam æternam. Amen. Deinde Sacerdos introducit eum in ecclesiam dicendo. A.

INgredere in templum domini dei tui: vt merearis videre filium dei: habeasq; partem cum sanctis et electis dei: et vitam æternam. Amen. Honora patrem tuum et matrem tuam; vt sis longeuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Hic patrinus deponat infantem in terra, Et Sacerdos tenendo pedem dextrum super eum legat hanc orationem:

ETernam ac iustissimam pietatem tuā deprecor domine sancte pater omnipotens æterne deus luminis et veritatis autor super hunc famulum tuum. N. benedictionis tue largitatem infundas: vt digneris eum illuminare lumine scientię tuę: munda eū ac sanctifica: da ei scientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui. de-

neatq; famam spem: consiliuz rectuz doctrinã
sanctam, vt aptus sit ad percipiendam gr̃am
tuam. Per dominuz nr̃z. Hic patrinus leuet
infantem, et sacerdos cathizet eũ dicendo.

Nec te lateat sathanas imminere ti-
bi penas: imminere tibi diem iudi
cij: imminere tibi gehennam. imminere
tibi diem supplicij sempiterni, diem
qui venturus est velut clibanus ardens in quo
tibi atq; vniuersis angelis tuis eternus veni-
et interitus. Proinde pro tua nequitia damna-
te atq; damnande recognosce sententiã tuam
et da honorem deo viuo et vero, da honorẽ Je-
su xp̃o filio eius et sp̃u sancto paracleto i eiꝰ
nomine atq; virtute precipio tibi quicunq; es
spiritus imunde vt exeas et recedas ab hoc fa
mulo dei. N. quem hodie deus, et dominus
nr̃; Jesus xp̃s ad suam sanctam gratiam, et be-
nedictionem fontemq; baptismatis dono vo-
care dignatus est: vt fiat eius templuz per a-
quam regenerationis in remissionẽ omnium
peccatorum. In nomine domini nr̃i Jesu xp̃i
Qui venturus est iudicare viuos et mortuos et
seculuz per ignem ℟. Amen. Si infans infir-

maretur legat super eum hanc orationem.

Medelam tuam deprecor domine sancte pater omnipotens eterne deus qui subuenis in periculis qui temperas flagella dum verberas, vt hunc famulum tuum N. eruas ab hac valetudine. ne preualeat inimicus vsque ad anime tentationem. Sed sicut Job terminum ei impone: ne inimicus de anima ista sine redemptione baptismatis incipiat triumphare. Differ mortis exitum, et spatium vite extende domine; et releua quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per xpm dnm nrm. Rx. Amen.

Medelam tuam deprecor do Alia Oratio mine sancte pater omnipotens aeterne deus quam distribuis humanis infirmitatibus vt erigas famulum tuum. N. egritudinis langorem depressum et omnem sensum eius dignare tuis visitationibus refouere: quatenus adoptionem tuam possit cum gaudio sanitatis percipere. Expelle itaque ab eo cuncta contraria valetudinis tela: vt ad gratiam tuam gratanter occurrat quem redimere digneris: vt baptismi tui sit in illo palma non mortis: et gloriosum semper baiulet quod accepit signaculum crucis. Per xpm. Alia Oratio.

Famulus tuus domine .N. ad tui baptismi gratiam recurrentem respicere et conseruare dignare vt in tui nominis invocatione quicquid in eo per originalis pcti transgressionem pene obnoxius Diabolus sathane obtinebat sacri fontis indulgentia resoluatur: veteris hois exuuias deponat: et noue vite induat amictu resurgat: oia nequissimi sps venena depelle: et salutare baptismi gratiam adimple: vt in tui muneris perceptione inaeterna vita valeat exultare. Per xpm. Hic Sacerdos cum spuo liniat nares et aures infantis dicens Effeta quod est aperire nares et aures in odorem suauitatis. tu autem effugare diabole appropinquabit enim iudicium Dei. Hic portatur infans nudus ad fontem et Sacerdos interrogat. Abrenuncias Sathane. R. Abrenuncio. Interroget. Et omnibus pompis eius. R. Abrenuncio. Int. Et omnibus operibus eius. R. Abrenuncio. Tunc Sacerdos dicat sequentia verba, vngendo infantem in pectore et in renibus infra scapulis.

Delge immunde sps da honorem Deo viuo et vero. Exi immunde sps da locum

Jesu xpo et spũi sancto. Et ego te lineo oleo salutis in xpo Jesu dño nro, qui propitiatus sit tibi in vitam æternam. Amen. Interrogat nomen infantis dicens. A.

Credis in Deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre? R. Credo. Interroget.

Credis et in Jesum xpm filium eius vnicum dñm nrm natum et passum? R. Credo. Interroget.

Credis et in spm scũm, et sanctam ecclesiam catholicam. Sanctorum cõmunionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitã etnã amen? R. Credo. Deinde sacerdos iterum interrogat nomen pueri et dicit. A. Vis baptizari? R. Volo. Tunc sacerdos accipiat puerum diligenter et baptizet eum sub trina imersione Sanctissimam trinitatem semel inuocãs: vel effundendo aquam super caput pueri secundum consuetudinem loci illius inuocato primus nomine pueri dicendo. A. Et ego te baptizo In nomine patris ✠ et semel immergat. Et filij. ✠ Et secundo imergat. Et spũs ✠ sancti. Amẽ. Et tertio imergat. Deinde sacerdos inũgat infantem in sũmitate capitis cum crismate dicens Orationem.

Deus

Deus ⁊ pater domini nr̄i Jesu xp̄i: qui te regenerauit ex aqua ⁊ spiritu sc̄o: quiq; dedit tibi remissionem omnium peccatoruz: ipse te liniat cris✠mate salutis in xp̄o Jesu domino nr̄o: vt habeas vitam æternam, et viuas ī secula seculoruz. Amen.

Sacerdos ponat petiam lineaz nouā et albā super locuz vnctuz dicens.

Accipe vestem candidam sanctam et īmaculatam: quam perferas ante tribunal domini nr̄i Jesu xp̄i vt habeas vitam eternam, et viuas in secula seculoruz Amen.

Deinde Sacerdos det candellā accensā in dextra manu pueri dicens.

Accipe lampadem ardentem irreprehensibilem: custodi baptismū tuuz: vt cuz dominus aduenerit possis occurrere ei aula celesti. Amen. Deinde dicat Sacerdos

Pax tecuz. ℟. Et cuz spū tuo.

Vade in pace.

INcipit officium scrutinij, quod fit ī quadragesima super pueros et puellas feria ij^a quarta et .vj^a post quartam et quintam dominicam. Secundum consuetudinem aquilegiēsis ecclesiæ. Ad missam. Introytus.

Elm sanctificatus fuero ī vobis, cōgregabo vos de vniuersis terris, et effundam sup vos aquā mūdā, et mundabimini ab oīb' inquinamentis vestris, et dabo vobis spiritum nouum. ℣. Benedicam dominū in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℟. Gloria patri. totum. Dum sanctificatus. Sacerdos dicat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OĀ quesum' dne electis nris digne atq; sapienter ad cōfessionem tue laudis accedere: vt dignitatē pristine, quā originali trāsgressione pdiderāt, per tuā grām reformētur. Per dnm. ē.

Tunc procedat Sacerdos ad faciendum scrutiniũ et ordinet quod masculi stent in dextro: femine vero in sinistro latere ecclę. Deinde pronuntiet alta voce ita dicendo. ORate electi & electe, & flectite genua & dicite. Pater noster. totũ alta voce explendo. Et ne nos ℟. Sed libera. & dicat. Levate complete orationem vestram in vnum, & dicite ℟. Amen. Et iterum Sacerdos dicat. Signate illos & illas, & accedite ad benedictionem. ℟. Deo gratias. Item. In nomine christi. ℟. Amẽ. Tunc accedat Sacerdos ad pueros et puellas et petant nomina eorum. signetq; eos in frõte dicendo. In nomine pa✠tris, & fi✠lij, & spiritus✠ sancti. Amen. Et postea Sacerdos legat alta voce sequentes orationes.

OEus Abraam. Deus Isaac. Deus Jacob. Deus qui ad Moysy famulo tuo in monte Sinay apparuisti, et filios Israel de terra egypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuę, qui custodiret eos die ac nocte: quęsumus domine: vt mittere digneris sanctum angelum tuum, vt similiter custodiat, et hos famulos tuos: et perducat eos ad gloriam regni tui.

per xp̃z dn̄z nr̄z. Amen.

Ergo maledicte diabole recognosce sẽ-
tentiam tuam. et da honorem deo vi-
uo et vero, Da honorem Jesu christo
filio ei⁹ et sp̃u sancto paracleto; et recede ab
his famulis dei: qui ipsos sibi deus et dn̄s nr̄
Jesus xp̃s ad suam sanctam gratiam et bene-
dictionem, fontemq̄ baptismatis dono vocare
dignatus est. Et per hoc signum sancte crucis
quod nos in frontibus eorum damus tu male-
dicte diabole nunq̄ audeas violare. Per eum
dem dominum nr̄m Jesum xp̃m. qui venturus est
iudicare viuos et mortuos. ℭ Item imediate
super puellas legat has Orationes.

Deus celi; deus terre: deus angelorum;
deus archangelorum: deus patriarcha-
rum: deus prophetarum: deus apostolo-
rum: deus martirum: deus confessorum: ds vir-
ginum: deus omnium bene viuentium: ds cui
omnis lingua confitetur: et cui omne genu flec-
titur celestium. terrestrium et infernorum. te inuo-
co domine vt has famulas tuas perducere et
custodire digneris ad gloriam regni tui. Qui
viuis et regnas. etc ℭ Sequitur exorcismus.

ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, et da honorem deo viuo et vero. da honorem Jesu xpo filio eius, et spiritui sancto paracleto, et recede ab his famulabus dei. quia ipsas sibi deus et dns nr Jesus xps ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono vocare dignatus est. Et per hoc signum scē cru✠cis quod nos in frontibus earum damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem dnm nrm vhm xpm. Qui venturus ē. Item secundo pronuntiat amonendo omnes et dicendo. Orate electi et electe et flectite genua et dicite. Pater nr. totum alta voce. et. ꝟ. Et ne nos. ℟. Sed libera. Item. Leuate complete orationem vram in vnum et dicite. ℟. Amen. Item. Signate illos et illas et accedite ad benedictionem ℟. In nomine xpi. Et signent omnes in fronte petendo nomen et dicendo. In nomine patris. c̄. Oratio.

DEus immortale psidium omnium postulantium. Liberatio supplicum. pax rogantium. Vita credentium. resurrectio mortuorum. Te inuoco domine super hos famulos

tuos qui baptismi tui iam donum consecuti eter-
nam gratiam spūali regeneratione desiderant.
Accipe hos domine. Et quia dignatus es dice-
re. petite et accipietis: querite et inuenietis.
pulsate et aperietur vobis: petentibus itaquē
premium porrige, et ianuā pande pulsantibus,
vt eternam celestis lauacri benedictionem iam
consecuti promissa tui muneris regna perci-
piant. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Exorcismus.

Audi maledicte diabole adiuratus per
nomen eterni Dei, et saluatoris nostri
filij Dei, cum tua victus inuidia tremēs
gemensq; discede. Nihil tibi sit cōe cum seruis
dei iam celestia cogitantibus renuntiantibus
tibi ac seculo tuo et beate īmortalitati victuris:
Da igitur honorem spiritui sancto qui ex sūma
celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis.
Diuino fonte purgata pectora idest sanctifica-
tum Deo templum et habitaculum perficiat vt
ab omnibus noxijs preteritorum criminū libe-
rati serui Dei gratias perenni deo referant
semper, et benedicant nomen eius sanctū īse-
cula seculorum. Per eum qui venturus ē iudi-
care. Item īmediate super puellas oratio.

Deus Abraam. Deus Ysaac. Deus Ja
cob. Deus qui tribus israel de egyp
tiaca seruitute liberasti per Moysez
famulum tuum, et per custodiam mandatorũ
tuorum in deserto monuisti. Et susanam de fal
so crimine liberasti: te supplices deprecamur,
vt liberes et has famulas tuas, et perducere di
gneris ad gratiam benedictionis tuę. Qui viuis.
Exorcismus q̃re supra. Ergo maledicte diabo.
Item tertio pronuntiet ãmonendo oẽs.
Orate electi et electe et flectite genua et dicite
Pr̃ noster. totum alta voce. ℣. Et ne nos. ℟
Sed libera. Item. Leuate complete orationem
vr̃am in vnum et dicite. ℟: Amen. Item. Signa
te illos et illas et accedite ad benedictionẽ. ℟
In nõie xp̃i. Tunc signent omnes in fronte
petendo nomen eorum et dicendo. In nõie pr̃is.
Exorcizo te immunde sp̃s in nõie pr̃is. ✠ et
fi ✠ lij. et sp̃s ✠ sancti, vt exeas et recedas ab
his famulis Dei. Ipse enim tibi imperat ma
ledicte damnate, qui pedibus suis super mare
ambulauit, et Petro mergenti dexterã por
rexit Jesus xp̃s dominus noster. Qui venturus
est iudicare viuos et mortuos et seculũ pignẽ.

q̃re supra. Ergo maledicte diabole. Item ime-
diate super puellas legat exorcisimus.

Exorcizo te immunde sp̃s per patrem ✠
et fi✠lium. et sp̃m ✠ sanctum, vt exeas
et recedas ab his famulabus Dei.
Ipse enim tibi imperat maledicte damnate q̃
ceco nato oculos aperuit, et quatriduanum
Lazarum de monumento suscitauit Jesus xp̃s
dominus noster. Qui venturus est iudicare
viuos et mortuos, et seculum per ignē. ℟. Am̃.
Quere supra. Ergo maledicte diabole. Itez
quarto pronũtiet ãmonendo oẽs et dicat.
Orate electi et electe et flectite genua et dicite
Pater noster. totum alta voce. ℣. Et ne nos.
℟. Sed libera. Itē. Iuuate complete orationē
vr̃am in vnum et dicite ℟. Amen. Itē. Signa
te illos et illas et accedite ad benedictionem
℟. In nomine xp̃i. Deinde accedant minis-
tri et ponant manus dextras super capita eoz
petendo nomina et dicant Accipe spiritū sc̃z,
vel. Accipe gratiam sp̃s sancti. Oratio.

Eternam ac iustissimam pietatem tuam
deprecor domine sancte p̃r omnipotens
eterne deus, mittere digneris lumen

eterne veritatis super hos famulos tuos, et fa
mulas tuas, vt digneris eos et eas illuminare
lumine scientie et intelligentie tue, munda eos
et eas ac sanctifica. Da ei scientiam veraz, vt
digni efficiantur accedere ad gloriaz regni tui.
teneantqz firmam spem: consiliuz rectuz: doctri
nam sanctam, vt apti et apte sint ad percipien
dam gratiam tuam. Per xp̄z dn̄z nr̄z. Item qui
to et vltimo pronuntiet amonendo oēs et dicat.
Orate electi et electe et flectite genua et dicite
Pater noster. totuz alta voce. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libera. Itez. Leuate complete orationē vr̄az
in vnuz et dicite. ℟. Amen. Itez. Signate illos
et illas et state cuz scilentio et disciplina audiē
tes intente. Et matres signent omnes, et legit
interim epistola. Lectio ysaye prophete.

Hec dicit dominus deus. Sanctificabo no
men meuz vt sciant gentes quia ego do
minus. Cuz sanctificatus fuero in vobis
coram eis. Tollam quippe vos de gentib⁹, et
congregabo vos de vniuersis terris et addu
cam vos in terram vr̄az. Et effundaz super vos
aquam mundam et mundabimini ab omnib⁹
inquinamentis vr̄is, et ab vniuersis ydolis

vr̄is

vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum. spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vĩa, et dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in preceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum, et ego ero vob' in deum: Dicit dominus omnipotens. Gradu. Vnam petii a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini: ℣. Vt videam voluntatem domini et protegar a templo sancto eius. In illo tempore: Secundum Matheum Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi domine deus pater celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea parvulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: Neque patrem quis nouit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et inuenietis requm

animabus vestris. Jugum enim meum suave est et onus meum leve. Offertorium.

POpulum humilem saluum facies domine, et oculos superborum humiliabis, quoniã quis deus preter te domine. Secreta.

OFferatio tua deus ad hæc percipiẽda misteria famulos tuos et famulas tuas quesumus et perueniat cõpetenter, et deuota confessione perducat. Per dominum nr̃m. In fractione.

Hanc igitur domine oblationem propitius suscipias deprecamur, quam tibi offerimus pro famulis et famulabus tuis; quos ad eternam vitam, et beate gratie tue dono eligere atq; vocare dignatus es. Diesq;. Per dominum nr̃m. Post communio.

Acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta super altare tuum domine.

ADesto domine quesumus redemptionis effectibus: vt quos sacramentis eternitatis instituisti: eosdem protegat dignanter illustrandos. Per dñm nostrũ.

Supplices te deprecamur. Super populum.

Domine sacra familia tua munus tue mi-

serationis expectat. concede q̃s, vt qd̃ te iu-
bente desiderat, te largiente percipiat. Per do.

Omnipotens Feria quarta Oratio.

O sempiterne deus ecclesiam tuam sp̃uali
fecunditate multiplica: vt qui sunt gene-
ratione terreni: fiant regeneratione celestes. Per
dominuz nr̃z. Secreta.

Remedij sempiterni munere letantes of-
ferimus suppliciter exorantes, vt eadẽ
nos et digne venerari, et pro saluandis
congruenter exhibere perficias. per dñz. Post

Tu semper quesumus domine tuã cõio
attolle benignus familiam. tu dispone
correctam. tu propitius tuere subiectã.
tu guberna perpetua benignitate saluandam.
Per dominuz nr̃z. Super populuz Oratio.

Tu famulis tuis q̃s domine bonos mo-
res placatus institutue. tu in eis qd̃
placituz est, dignanter infunde, vt di-
gni sint et tuam valeant benedictionẽ promereri.
Per dominuz. c̃. ¶ Ordo ad introducẽdã
mulierẽ in eccl̃ãz post partũ. In primis dicat
Sacerdos. In nõie p̃ris ꝛc̃. ℣. Asperges me
dñe et c̃. ℣. Deus misereatur. Kyriel'. xp̃el'.

Kyriel'. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.
ps̃ Credidi ꝓpter. ps̃. Laudate dñm oēs gentes.
ps̃ Ad te leuaui. ℣. Gloria pr̃i. Ant̃a Exaudi nos
dñe qm̃ benigna ē et q̃. ℣. Ego dixi dñe miserer̃
mei. ℟. Sana aīaz meā qa pc̃caui tibi. ℣. Saluā
fac ancillā tuā dñe. ℟. Deus meus. ℣. Mitte ei
dñe auxiliū de sc̃o. ℟. Et de sio̅. ℣. Dñe exaudi
℟. Et clamor meus. Oremus. Oratio.

Deus q̃ per Moysē famulū tuū israeliticę ple-
bi mādasti: vt mulier quę filium peperisset,
ab ingressu templi sequestraretur: qs̃ vt hanc fa-
mulā tuā. N. ab oī inquinamēto pc̃i mūdare digne-
ris: quatenus mente et corpore mūdata: sinū sc̃ę
mr̃is ecc̃ę valeat penetrare: ⁊ tibi ꝓ suis delictis ac-
ceptabile mun⁹ offerre. Per. Et postea facias con-
fessionē. Et Sacerdos intrās in ecc̃am dicat

Famula dei. N. ingredere in templū dei ⁊ adora
filiū beatę marię virginis: qui tibi tribuit fecūdi-
tatem prolis. s̃m Joānez. In principio. Or̃o.

Absolue qs̃ dñe delicta famulę tuę. N. ⁊ a pec-
catorum suorum nexibus: q̃ pro fragilitate
contraxit: tua benignitate liberetur. Per dñm.
Et or̃o. Concede nos famulos tuos.

Ordo ad cõmunicandũ infirmũ.

Quum aliquis fuerit cõmunicandus: Sacerdos pulsari faciat campanam ad cõuocandos comunicnos qui uolunt sociare corpus xpi. Quibus congregatis: et intortitijs accensis: Sacerdos cũ superpliceo stolla, et pluuiali paratur: et duo clerici, quorũ vnus portet lanternã cũ lumine, et alter aquã benedictam, et campanulam et libellũ processionalem qui habeant superpelicea. Et accipit Sacerdos corpus domini reuerenter: et ponit duas hostias ad minus in tabernaculo: quod pannículo serico cooperit: habens pannũ sericũ longũ super spatulas suas, et portans corpus domini ante faciem suam eleuatũ, vadit ad domũ infirmi ei post cũ alter clericus qui portat lanternã sequatur. Postea Sacerdos et illi qui portant intortitios deinde alij sequãt. Interim in camera infirmi paretur locus aliqs. qui sit coopertus mappa albissima super quo Sacerdos possit reclinare tabernaculũ corporis xpi. Ibi etiã parentur ciaticus vino et aqua. Ingressus Sacerdos cũ corpore xpi cameră dicit. Pax huic domui. ℟. Et omnibus

habitantib⁹ in ea. Deinde depósito tabernaculo super locuz paratum: accedens ad infirmū aspergat cuz aqua benedicta dicens antipho. Asperges me. Qua repetita dicat Sacerdos. Saluuz fac seruuz tuuz. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxiliuz de scō. ℟. Et de syon tuere euz. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscuz. ℟. Et cuz spu tuo. Oremus. Oratio

DEus infirmitatis humane singulare presidiuz: auxiliu tui super infirmū nīz ostē de virtutem: vt ope misericordie tue adiutus: ecclesiæ tuæ sancte incolumis representari mereatur. Per xp̄m dominuz nīz. Deinde infirmus dicat. Confitebor. si scit: vel Sacerdos faciat ei confessionem dicens. Jo mi confesso. Postea dicat. Misereatur. ℟. Indulgentiam. Postea absolutionem. Dominus Jesus xp̄s. Postea Sacerdos eleuet corpus domini de pixide vel calice, et ostendat infirmo dicens. Credis q̄ hic sit xp̄s saluator mundi. Quo dicēte.

Credo. Dicat Sacerdos. Dic sicut ego dico. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea. Quo dicto ter: Sacerdos dans infirmo eucharistiam dicat. Accipe frater viaticū corporis domini nri Jesu xpi: qui te custodiat ab hoste maligno. et perducat in vitam eternam. Amen. Postea Sacerdos lauet digitos suos cum vino puro et aqua et tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta cōmunione Sacerdos dicat. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnine sancte pater omnipotens eterne deus: te fideliter deprecamur, vt accipiēn fri nro sacro sanctum corpus domini nri Jesu xpi filij tui: tam corporis quam animę pfit ad remedium sempiternum. ℟. Amen. Et hoc dicto: iterum aspergat aquam benedictā. et dicat. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

EXaudi nos sancte pater omnip Oratio. potens eterne deus: et mittere dignare sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat foueat protegat visitet et defendat omnes

habitantes in hoc habitaculo. Per xp̄z dn̄z nr̄z. ℟. Amen. Quo dicto reuertatur ad ecclesiam dicendo psalmus. Miserere mei d̄s. Reuersus igitur ad ecclesiaz Sacerdos cuz corpore dn̄i, duz fuerit ante chorū, vel ante altare sacramenti: vertat se ad eos qui sacramentuz associauerunt genuflexos, et eis breuem ꝯfessionem et absolutionem faciat, et annunciat indulgentiam dierum ducentoruz illis; qui sacramentuz cuz lumine sunt prosecuti: qui vero sine lumine centuz dies pro quolibet. Postea dicit super eos. Orationem. Et primo ℣. Dn̄s vobiscum. Oremus. Orō.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili. passionis tuę memoriam reliquisti; tribue quęsumus: ita nos corporis, et sanguinis tui sacra misteria venerari: vt redēptionis tuę fructuz in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas ī vnitate et c̄ ℟ Amen.

¶ Ordo ad vngendum infirmum.

Sacerdos venturus infirmum: in primis accipiat oleum sanctum: deinde ordinate procedant dicendo Psalmus. Miserere mei deus. vt supra dictum est i cõmunione. Cum autem peruentum fuerit ad locum vbi iacet infirmus, Sacerdos intrans dicat. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantib' in ea. Deinde stans ante egrotum dicat. ℣. Adiutorium nm in nõie domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et me indignum, qui primum misericordia tua indigeo: clementer exaudi: et quem non electione meriti, sed dono gratie tue constituisti huius operis ministrum: da fiduciam tui muneris exequendi: et ipse in nostro ministerio quod tue virtutis est operare. Per xpm.

Patrocat domine Jesu Christe domum hanc sub nostre humilitatis ingressu eterna felicitas: diuina prosperitas: serena letitia: charitas fructuosa: sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonũ: Oratio

adsint angeli pacis: domumq; hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum, et benedic nostre conuersationem: sanctifica nostre humilitatis ingressum, qui sanctus et pius es: et permanes cum patre et spu sancto i secula seculorum. R. Amen. Oro.

ORemus et deprecemur dominum nostrum Jesum xpm vt benedicendo benedicat hoc tabernaculum: et omnes habitantes in eo: et det eis angelum bonum custodem: et faciat sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine et ab omni perturbatione ac sanos i hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre et spu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen. Oro.

EXaudi domine sancte pater omnipotens eterne deus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat visitet atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per xpm dnm nostrum. R. Amen. Et ponatur ymago crucifixi ante oculos infirmi, vt eam possit respicere. Deinde in modum crucis aspergat egro-

tum aqua benedicta: postea domũ dicendo Antiphona. Asperges me domine. cum v. Miserere. et. Gloria. et. Sicut erat. Et repetitur aña Asperges. vt supra Deinde imediate faciat egrotus confessionem ⁊ dicat co. Confiteor. Quo dcõ Sacerdos dicat.

Dominus noster Jesus xp̃s te absoluat. Et ego absoluo te ab omni vinculo excomunicationis maioris siue minoris, suspensionis, vel interdicti, et ab omnibus pc̃tis tuis: et restituo te vnitati, ⁊ cõioni sancte matris ecclesie absolutuz. In nõie patris et filij, et sp̃s sancti. Amen. Et tunc omnes clerici astantes dicant legendo septem psalmos penitentiales Antiphona. Ne reminiscaris.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsque quo. Conuertere domine, ⁊ eripe animam meaz: saluuz me fac propter misericordiã tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: ĩ inferno autem quis confitebitur tibi: Laboraui ĩ gemitu

meo: lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Turbata est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes q̄ operamini iniquitatem: q̄m exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant, et conturbentur vehemēter omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria pr̄i. psalm⁹

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in sp̄u ei⁹ dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata ē super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iustitiam meam non abscondi. Dixi: confitebor aduersum me iniustitiā meā domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approxima-

bunt. Tu es refugium meum a tribulatione q̃ circumdedit me: exultatio mea, erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac qua gredieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe: q̃ non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circumdabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manus tuas. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerũt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq; in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusio-

nibus: et non est sanitas in carne mea. Afflitus
sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a ge-
mitu cordis mei. Domine ante te omne deside-
rium meum: et gemitus meus ad te non ē abscō-
ditus. Cor meum conturbatum est ī me dereliqt
me virtus mea: et lumen oculorum meorum ⁊ ipē
non est mecum. Amici mei ⁊ proximi mei ad-
uersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: ⁊ vim
faciebant qui querebant animam meam. Et q
inquirebant mala mihi locuti sunt me vanitates·
et dolos tota die meditabantur. Ego autem
tanq̄m surdus non audiebam: et sicut mutus
non aperiens os suum. Et factus sum sicut ho-
mo non audiens: et non habens ī ore suo redar-
gutiones. Quoniam ī te domine speraui: tu ex-
audies me domine deus meus. Quia dixi ne
quando supergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dū
cōmouentur pedes mei super me magna locuti
sunt. Quoniam ego ī flagella paratus sum: et
dolor meus in conspectu meo semper. Quoniā
iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo ꝓ
peccato meo. Inimici autem mei viuunt, et
confirmati sunt super me: et multiplicati sunt

qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me, domine deus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriu meu domine deus salutis mee. Gloria pri. Psalmus.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundu multitudinem miserationu tuaru dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatu meu contra me est semper. Tibi soli peccavi, et malu coram te feci: ut iustificeris i sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatib⁹ conceptus su: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me domine hysopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiu et letitiam: et exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundu crea i me deus: et spiritum rectum innova i visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: et spiritu sanctu tuu ne

auferas a me. Redde mihi letitiam salutaris
tui: et spiritu principali confirma. Docebo
iniquos vias tuas: et impij ad te conuertẽt.
Libera me de sanguinibus deus ds salutis
meæ: et exultabit lingua mea iustitiã tuam.
Domine labia mea aperies: et os meuz an-
nunciabit laudem tuam. Quoniam si voluis-
ses, sacrificium dedissem vtiqz holocaustis nõ
delectaberis. Sacrificium deo spiritus con-
tribulatus: cor contrictum et humiliatũ deus
non despicies. Benigne fac domine in bona vo-
luntate tua syon: vt edificentur muri Jerusalẽ.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ: oblatio-
nes et holocausta: tunc imponent super altare
tuuz vitulos. Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi orationem meam et clamor
meus ad te veniat. Non auertas faciez
tuam a me: inquacũqz die tribulor: iclí-
na ad me aurem tuam. In quacunqz die inuo-
cauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt
sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiuz
aruerunt. Percussus suz vt fęnuz, et aruit cor
meum: quia oblitus suz comedere panem meũ.
A voce gemitus mei: adhesit os meuz carni

meæ. Similis factus sum pellicano solitudinis:
factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigi-
lavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et q
laudabant me adversus me iurabant. Quia cine-
rem tanquam panem manducabam: et poculū
meum cum fletu miscebam. A facie īre tuæ indignatio-
nis tuæ: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut
vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum aru-
i. Tu autem domine in æternum permanes: et memo-
riale tuum in generatione et generationem. Tu
exurgens misereberis syon: quia tempus miserē-
di eius, quia venit tempus. Quoniam placuerūt
seruis tuis lapides eius: et terre eius miserabūt̄.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: et oēs
reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dñs
syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in oratio-
nem humilium: et non sprevit preces eorum. Scri-
bantur hec in generatione altera: et populus q
creabitur laudabit dominum. Quia prospexit
de excelso sancto suo: dominus de celo in terram
aspexit. Vt audiret gemitus compeditorū: vt sol-
ueret filios interēptorum. Vt annuncietur in sion
nomen domini: et laudem eius in Jerusalem.

In conueniendo populos in vnuz: et reges vt
seruiant domino. Respondit ei in via virtutis
suæ: paucitatem dierum meoruz nuntia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum:
in generatione et generationem anni tui. Ini-
tio tu domine terram fundasti: et opera manu-
um tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autez
permanes: et omnes sicut vestimentuz vetera-
scent. Et sicut optoriuz mutabis eos et mu-
tabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui nõ
deficient. Filij seruorum tuoruz habitabũt: et
semen eoruz in seculum dirigetur. Gloria pr̃i.

De profundis clamaui ad te Psalm⁹.
domine: domine exaudi vocem meaz.
Fiant aures tue intendentes: in vocẽ
deprecationis meæ. Si iniquitates obserua-
ueris domine: domine, quis sustinebit? Quia
apud te propitiatio est: et propter legem tuam
sustinui te domine. Sustinuit anima mea in ver-
bo eius: sperauit anima mea in domino. A cus-
todia matutina vsquẽ ad noctem: speret Israel
in domino. Quia apud dominum misericordia:
et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redi-
met Israel: ex omnibus iniq̃tatib⁹ ei⁹. Gloria.

Domine exaudi orationem meã Psalmus
auribus percipe obsecrationem meã: in
veritate tua exaudi me in tua iustitia Et
non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non
iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meaz:
humiliauit in terra vitam meam. Collocauit
me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus
est spũs meus super me: in me turbatum est cor
meum. Memor fui dierum antiquorum: medi
tatus in omnibus operibus tuis: et in factis
manuum tuarum meditabar. Expandi manus
meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua
tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spũs
meus. Non auertas faciem tuam a me: & simi
lis ero descendentibus in lacum. Auditum fac
mihi mane misericordiam tuam: quia in te spe-
raui. Notam fac mihi viam in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de
inimicis meis domine ad te confugi: doce me fa-
cere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rec-
tam: propter nomen tuum domine viuificabis
me in equitate tua. Educes me de tribulatione

animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Gloria patri. Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parẽtum nostrorum: neq; vindictam sumas de pẽcis nostris: domine deus noster.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyriel'.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de celis Deus: miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus: miserere nobis.
Spiritus sancte Deus: miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus deus: miserere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix: ora.
Sancta virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Oēs sancti angeli et archangeli, orate pro nob?
Oēs sci beatorum spirituũ ordines, orate pro,
Sancte Johannes baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Oēs sancti patriarche et prophete. orate pro.

Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Johannes, ora,
Sancte Toma, ora.
Sancte Jacobe. ora,
Sancte Philippe, ora.
Sancti Bartholomee, ora.
Sancte Tadee, ora.
Sancte Sathia, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Sathee ora.
Sancta Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Sarce, ora.
Omnes scī apostoli, et euangeliste, orate.
Omnes sancti discipuli domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, orā.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Fabiane, ora.
Sancte Sebastiane, ora.

Sancte Blasij, ora.
Sci Johannes et Paule, orate.
Sci Cosma et Damiane, orate.
Sci Gervasi, et Protbasi, orate.
Omnes sancti martyres, orate.
Sancte Sylvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Ambrosi ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Ludovice, ora.
Oes sci pontifices et cfessores, orate.
Oes sancti doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Dominice, ora.
Oes sancti Monachi eremite, orate.
Oes sci sacerdotes eleite, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Lucia, ora.

Sancta cecilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Catherina. ora.
Sancta Clara, ora.
Scā Vrsula cū toto tuo comitatu, orate.
Oēs sanctæ virgines ⁊ uiduæ, orate.
Oēs sancti ⁊ sanctæ Dei, intercedite p nobis.
Propitius esto, parce nobis domine.
Propitius esto, exaudi nos domine.
Ab omni malo, libera nos domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea ⁊ improuisa morte, libera.
Ab insidijs diaboli, libera.
Ab ira et odio, et oī mala uoluntate, libera.
A spū fornicationis. lib.
A fulgure et tempestate, lib.
A morte perpetua, lib.
Per mysteriū sanctæ incarnationis tuæ. lib.
Per aduentum tuū, lib.
Per natiuitatem tuam, lib.
Per baptismū ⁊ scūm ieiuniū tuū, lib.
Per crucem et passionem tuam, lib.
Per mortem et sepulturā tuam, lib.

Per sanctā resurrectionem tuam, lib.
Per admirabilem ascensionem tuā, libe.
Per aduentū spiritussancti paracleti, lib.
In die iudicij, lib.
Peccatores. te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis parcas, te rogam⁹.
Ut nobis indulgeas, te ro.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digne
ris, te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et conseruar̄
digneris. te rogamus audi nos.
Ut donuz apostolicum, et omnes ecclesiasticos
ordines ī sanctā religione conseruare dig. te ro:
Ut regibus et principib⁹ christianis: pacem, et
veram concordiaz donare digneris, te rogamus.
Ut nosmet ipsos in tuo sancto seruitio confortare,
et conseruare digneris, te ro.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. te.
Ut omnibus benefactoribus nostris, sempiterna
bona retribuas. te ro.
Ut animas nostras fratruz, propinquorū ⁊ bn̄fa
ctorum nr̄oꝝ ab eterna dānatione eripias. te ro.
Ut fructus terre dare, et ꝯseruare digneris. te ro.
Ut omnibus fidelibus defunctis, requiem eternā

donare digneris, ℟ ro.
Ut nos exaudire digneris, ℟ ro.
Filij Dei. ℟ ro.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi; parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi; exaudi nos Domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. miserere nobis. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrieleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Secreto. ℣. Et ne nos ℟. Sed libera. et c. Dum autem psalmi dicunt: vel cum dicta fuerint: Sacerdos intincto pollice i oleo sancto dicat absolute.
In nomine patris. et filij. ✠. et spūs ✠ sci extinguatur in te omnis virtus Diaboli: per impositionem manuum nārum: imo per inuocationem omnium sanctorum angelorū: archāgelorum: patriarcharum: prophetarum: apostolorum: martirum: confessorum: virginum: atq; oīum simul sanctorum. ℟. Amen. Quo dicto, faciat signum crucis de oleo sancto in corpore egri i locis subscriptis: ad vnamquāq; crucem: propriam orationem dicendo. Ad oculos.

PEr istam sanctam vnctio✠nem, et suã
pissimam misericordiam: parcat tibi
dominus: quicquid deliquisti p visuz.
¶Sinister vero tergat locuz inunctuz cuz stuppa
ponens eam ī vase mundo: et sic faciat post quã-
libet vnctionem. Ad aures.
PEr istam sanctam vnctio✠nem, et suaz
pissimam misericordiam: parcat tibi do-
minus: quicquid per auditus deliquisti. Ad nares
PEr istam sanctam vnctio✠nem, et suam pi-
ssimam misericordiam: parcat tibi domin⁹
quicquid deliquisti per odoratuz. Ad labia.
PEr istam sanctam vnctionem: et suam piss-
simam misericordiam: parcat tibi domin⁹
quicquid deliquisti per gustuz ꝛ locutionem. Ad
PEr istam sanctam vnctionem; et manus.
suam pissimam misericordiam parcat tibi
dominus quicquid deliquisti per tactuz. Ad pe-
PEr istam sanctam vnctionem, et suam/ des.
pissimam misericordiam: parcat tibi dñs
quicquid deliquisti p gressuz. ℟. Amen. Postea
QUnxi te oleo sancto ī noīe dicat Sacer.
patris.✠. et fi✠lij. et spūs✠ sancti.
Et non latcat te immundus spūs: ꝛ dolor

siue insanabilis langor: neq; in membris tuis, neq; in medullis: neq; in compagimbus membrorum tuorum, sed virtus xp̃i altissimi in te corroboret. Quoniam sicut vnxit Samuel: Dauid in regem prophetam olei operatione, omnipotentis virtute; sic suo sancto medicamine te v̄ri: quatenus per huius misterij operationem: et per hanc sacrati olei vnctionem, atq; nostram deprecationem: virtute sancte trinitatis medicatus, atq; refectus: pristinā, ac melioratam recipere merearis sanitatem a domino omnipotente. Qui viuit et regnat d̄s in secula seculorum ℟. Amen. Orem⁹

PEr istam sanctam vnctionem: et per Dei virtutem: et per mysterij nostri benedictionem: sanctificentur ab oī sorde peccati: manus et os: cor quoq;, ac sensus: visus: auditus: gustus: tactus: et odoratus, ac totus corpus tuuz: et anima tua: et idoneus efficiaris ad inuocandum, atq; sanctificandum Deum, et benedicendum nomen eius. Reddat tibi dominus letitiam salutaris sui: et spiritu principali confirmet te: et spiritus sanctus innouet in visceribus tuis: et ne auferat illum

a te. Sed benedictio dei patris omnipotentis descendat super te: copiosaq; super caput tuum defluat: et in extrema corporis tui descendat. Interius, exterius te repleat, atq; circumdet: et sit semper tecum. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amẽ

SAnct te deus pater omnipotens, qui te creauit: Sanct te Jesus xp̃s, qui pro te passus est in cruce. Sanct te sp̃s sc̃s, qui tibi in baptismo infusus. Sancta trinitas vnus deus gratiam suam ad profectũ salutis animę, et corporis in te augeat. et ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit et regnat deus in secula seculorum Amen.

Quibus omnibus peractis: et a clericis psalmis et letaniis lectis Sacerdos dicat ℣. Saluũ fac seruum tuum domine ℟. Deus meus sperãtes in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sc̃o. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis ℟. A facie inimici. ℣ Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum sp̃u tuo. Oremus

Oratio.

OOmine deus qui per apostolum tuum locutus es: infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros ecclesię, et orent super eum: vngentes eum oleo sancto in nõie domini: et oratio fidei saluabit infirmũ, et alleuiabit eum dominus: et si in peccatis sit dimittentur ei: cura quęsumus redemptor nr̃ gratia spũs sancti langores istius infirmi: et sua sana vulnera: eiusq; dimitte peccata: atq; dolores cunctos cordis et corporis ab eo expelle: plenamq; ei interius, exteriusq; sanitatem misericorditr redde: vt ope misericordię tue restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cum pr̃e et spũ sancto viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oratio

REspice quęsumus domine famulũ tuum in infirmitate sui corporis fatiscentem: et animam refoue quam creasti. vt castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatum. Per xp̃m dn̄m nr̃m. Oratio.

OOmine sancte pater omnipotens ęterne deus, qui benedictionis tuę gratiam infundendo corporibus: sacrarium tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem

tui nominis benignus assiste: vt famulū tuuz N. ab egritudine liberatum, et sanitati donatū: dextera tua erigas: virtute confirmes: potestate tuearis atqz ecclesiæ tuę sanctę, sanctisqz altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per christuz dñz nr̄z. ℟. Am̄

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui es saluatio, et redemptio nostra: qui es vera salus, et medicina, et a quo oīs sanitas, et medicamentuz venit: qui Apostoli tui voce institutis: vt languidos olei liquore tangentes vngamus: postulamus misericordiam tuę pietatis: et quęsumus vt respicias ꝓpitius super hunc famuluz tuuz ab illa summitate celoruz: vt quem langor curuat ad exitum: et virium contractio pertrahit ad occasuz: medella tuæ gratiæ saluti restituat castigatuz. Extingue in eo libidinuz et febriuz actus egritudinuz et cupiditatuz tormenta: dissolue superbie inflationem: tumoremqz compesce: vlcera et putredines vitioruz euacua: visceruz interna: cordiumqz ac medularuz cogitationuz sana discrimina: conscientiaruz atqz plagaruz abducito: cicatrices: phisicis: et phantasmaticis ad-

esto periculis vetereſq; atq; imenſas remoue paſſiones: opera carnis ſanguiniſq; materiã compone: ac delictoruz illi veniam propitiatus attribue: ſicq; illuz iugiter cuſtodiat pietas tua: vt nec ad corruptionem aliquando ſanitas: nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas: fiatq; illi hec olei ſacra perunctio: concita morbi preſentis ẽppulſio: et peccatoruz omniuz optata remiſſio: concedente ſaluatore mundi. Qui cuz pãe et ſpũ ſancto viuis et regnas deus. Per oĩa ſecula ſeculoruz. ℟. Amen.

PRopitietur dominus cunctis iniquitatibus huius infirmi: et ſanet langores omnes illius: redimatq; de interitu perpetue mortis vitam eius: et corroboret, et faciat ĩ bonis oĩbus deſideriuz ipſius. Qui viuit et regnat et cẽ

OMinus Jeſus xp̃s apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te benedicat. Qui ĩ trinitate perfecta viuit et rẽgnat in ſecula ſeculoruz. ℟. Amen. Poſtea ſtuppa proiciatur ĩ ignem. His peractis reuertantur ad eccleſiã, et crux remaneat coram infirmo. Laus deo.

¶ Ordo cōmendationis aīæ. Prius fiant letanie breue. Si autem sit fœmina dicatur pro ea.

Kyrieleisō Chr̄e eleison. Kyrie eleison.
Sancta maria, ora pro eo.
Omnes sancti angeli et archangeli, orate.
Omnis chorus iustorum, or̄ ꝓ eo.
Sancte Abraam, or ꝓ eo.
Sancte Ioannes baptista, or̄ ꝓ eo.
Oēs sancti patriarche ꝛ ꝓphete, or̄ ꝓ eo.
Scē Petre, or ꝓ eo.
Scē Paule, or ꝓ eo.
Scē Andrea, or ꝓ eo.
Scē Bartholomeę, or ꝓ eo.
Oēs sc̄i Apostoli, et euangeliste, or ꝓ eo.
Oēs sancti Innocentes, or̄ ꝓ eo.
Scē Stephane, or ꝓ eo.
Scē Laurenti, or ꝓ eo.
Scē Clemens, or ꝓ eo.
Scē Vincenti, or ꝓ eo.
Oēs sancti martires, or̄ ꝓ eo.
Scē Siluester, or ꝓ eo.
Scē Gregori, or ꝓ eo.
Scē Nicolae, or ꝓ eo.

Sancte Augustine,	or	ꝓ	eo.
Oēs sancti pontifices et confessores	ōr	ꝓ	eo.
Sancte benedicte,	or	ꝓ	eo.
Scē Bernarde,	or	ꝓ	eo.
Scē Dominice,	or	ꝓ	eo.
Scē Francisce,	or	ꝓ	eo.
Oēs sci monachi et eremite,	ōr	ꝓ	eo.
Scā Maria Magdalena.	or	ꝓ	eo.
Scā Lucia.	or	ꝓ	eo.
Scā Catherina,	ōr	ꝓ	eo.
Scā Cecilia.	or	ꝓ	eo.
Oēs sancte virgines ⁊ vidue,	ōr	ꝓ	eo.
Oēs sci et scē Dei,	ōr	ꝓ	eo.
Propitius esto,	lib.	cuz	dñe.
Ab ira tua,	li	.e.	d.
A mala morte,	li	.e.	d.
A penis inferni,	li	.e.	d.
A potestate diaboli,	li	.e.	d.
Ab ōi malo,	li	.e.	d.
Per mortem tuaz,	li	.e.	d.
Per sanctaz resurrectionē tuaz,	li	.e.	d.
Per mortē ⁊ sepulturā tuā.	li	.e.	d.
Per scāz crucem tuaz,	li	.e.	d.
Per admirabilez ascensionē tuā	li	e	d.

Per gratiaz spūs sci pacleti. li .e. dñe.
In die iudicij. li .e. do.
Peccatores, te rogam⁹ au. nos.
Ut ei parcas, te. ro. a. n.
Ut ei indulgeas, te ro. a. n.
Ut ad veram penitētiaz eū pducere digneris, te.
Kyrie eleison. Chr̄e eleison. Kyriel'.

¶ Deinde pro vicino morti: cuz i agone suj exitus visa fuerit anxiari dicant' hę orōnes.

¶ Cōmendatio animæ ante mortem.

PRoficiscere anima christiana de hoc mūdo In nomine Dei p̄ris omnipotentis, qui te creauit. In nomine Jesu xp̄i filij Dei viui, qui pro te passus est. In nomine sp̄s sancti qui in te fusus est. In nomine angeloruz et archangeloruz. In nōie tronoruz, et dominationuz: In nomine principatuz et potestatuz. In nomine cherubin et Seraphin. In nomine patriarcharuz et prophetaruz. In nōie sc̄oruz apostoloruz. In nomine sanctoruz martirum et confessorum. In nōie sanctoruz monacoruz, et eremitaruz. In nōie virginuz et omnium sanctorum, et sanctaruz Dei. Hodie sit in pace locus tuus: et habitatio tua sit i sancta syon.

Per xp̃z dominuz nr̃z. ℟. Amẽ Oratio.

Deus misericors: Deus clemens: Deus qui secunduz multitudinem miserationuz tuaruz peccata penitentiuz deleas, et preteritoruz criminuz culpas venia remissionis euacuas: respice propitius super hunc famuluz tuuz. N. et remissionem sibi omniuz peccatoruz suoruz tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua i eo pijssime Jesu, quicquid terrena fragilitate coruptuz: vel quicquid diabolica fraude violatu est: et vnitati corporis ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituz: miserere lachrymaruz eius: et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia: ad tuę sacramentuz reconciliationis admitte. Per xp̃z dominuz nr̃z. ℟. Amen. Oratio.

Quomendo te omnipotenti deo charissime frater vel soror. et ei cuius es creatura cõmitto: vt cuz humanitatis debitum morte interueniente persolueris: ad autorem tuuz qui te de limo terre formauerat reuertaris. Egredienti itaqz anime tuæ de corpore: splendidus angeloruz cetus occurrat. Judex aposto-

lorũ tibi senatus occurrat. Candidatorum
tibi martyrũ triumphator exercitus obuiet.
Iubilata rutilantiũ te confessorũ turma circum
det. Jubilantiũ te virginũ chorus excipiat:
et beate quietis in sinu patriarcharũ te com
plexus astringat. Sitis atq; festinus christi
Jesu tibi conspectus appareat: qui inter assistẽ-
tes sibi iugiter interesse decernat. Ignores oẽ
quod horret in tenebris: quod stridet ĩ flãmis:
quod cruciat ĩ tormentis. Cedat tibi terrib⁹
Sathanas cũ satellitibus suis in aduentu tuo
te comitantibus angelis contremiscat: atq; ĩ
eterne noctis chaos immane diffugiat. Exur-
gat deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant
qui oderunt eũ a facie eius. Sicut deficit fum⁹
deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pere
ant peccatores a facie dei. Et iusti epulent̃: et
exultent ĩ conspectu Dei. Confundantur igit⁹
et erubescant omnes tartaree legiones et mi-
nistri Sathane iter tuũ impedire nõ audeant.
Iuueret te a cruciatu xp̃s: qui pro te crucifixus
est. Constituat te xp̃s filius dei viui intra pa
radisi sui semper amena virentia. et inter oues
suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab oĩb⁹

peccatis tuis te absoluat: atq; ad dexteram
suam in electorum suorum te sorte constituat.
Redemptorem tuum facie ad faciem videas;
et presens semper assistens: manifestissimam
beatis oculis aspicias veritatem. Constitut"
igitur inter agmina beatorum: contemplatio-
nis diuine dulcedine potiaris in secula secu-
lorum. ℟. Amen. Alia Oratio.

Suscipe domine animam famuli tui in
locum sperande sibi saluationis a mi-
sericordia tua. ℟. Amen.

Libera domine animam famuli tui ex omnibus
periculis inferorum: et de laqueis penarū, et
ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen.

Libera domine animam famuli tui sicut liberā
sti Enoch et Helyam de cōi morte mundi. ℟. Amē.

Libera dñe aīam famuli tui sicut liberasti Noe
de diluuio. ℟. Amen.

Libera dñe animā famuli tui sicut liberasti
Abraam de hur caldeorum. ℟. Amē.

Libera dñe animā famuli tui sicut liberasti
Job de passionibus suis. ℟. Amen.

Libera domine aīam famuli tui sicut liberasti
Isaac de hostia et de manu p̄ris sui Abrahe.

Libera domine animam famuli tui sicut libe-
rasti Loth de Sodomis, et de flāma ignis.
℟. Amen.
Lib. d. a. fa. t. sicut liberasti Moysem de ma-
nu Pharaonis regis egyptiorū. ℟. Amen.
Lib domine animam famuli tui sicut liberasti,
Danielem de lacu leonū. ℟. Amen.
Libera domine animā famuli tui sicut liberasti
tres pueros de camino ignis ardentis. ℟. Amē.
Lib. d. a. fa. tui sicut liberasti Susanā de fal-
so crimine, ℟. Amen.
Libera do. a. fa. tui sicut liberasti Petrū, et
Paulum de carceribus. ℟. Amen.
Lib. do. a. fa. tui sicut liberasti Adā de pro-
fundo putei inferni cum pręciosissimo sanguine
tuo. ℟. Amen.
Et sicut liberasti beatissimam Teclam virginem
et martyrem de tribus tormentis atrocissimis
sic liberare digneris animam huius famuli tui. N.
et mecum facias in bonis congaudere celestib⁹
℟. Amen. Alia Oratio.

QOmmendamus tibi domine animam
famuli tui. N. precamurq; te domine
Iesu xpe saluator mundi: vt pp̄ter

quam ad terram misericorditer descendisti
patriarchaꝝ tuoꝝ finibus illimuare non
renuas. Agnosce domine creaturam tuam nõ
ex diis alienis creatam: sed ad te solo Deõ
viuo et vero: quia non est deus alius ptr
te: et non est secunduꝫ opera tua. Letifica
domine animaꝫ eius in conspectu tuo: et ne
memineris iniquitatuꝫ ei⁹ antiquarũ: et ebri-
etatuꝫ quas suscitauit furor siue feruor mali
desiderij. Licet enim peccauerit tamen pr̃z
et filiuꝫ, et sp̃s scs non negauit: sed cre-
didit et zelum Dei i se habuit: et deuꝫ qui
fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Alia oõ.

Delicta iuuentutis et ignorantias eius
ne memineris domine: sed secunduꝫ
magnam misericordiam tuam memor
esto illius in gloria claritatis tuę. Aperiant
ei cęli: colletentur illi angeli in regnuꝫ tuuꝫ
domine seruuꝫ tuuꝫ suscipe. Suscipiat eũ scs
Michael archangelus Dei: qui militię cęlesti
meruit principatuꝫ. Veniant illi obuiã sancti
angeli Dei: et perducant euꝫ in ciuitatẽ cęlestẽ
hierusalem. Suscipiat euꝫ beatus Petrus
apls: cui a Deo claues regni celestis tradite

sunt. Adiuuet eũ scs Paulus qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanct⁹ Joannes electus dei apl's et euangelista: cui reuelata sunt secreta celestia. Orent pro illo omnes sancti apostoli quibus a domino data est potestas ligandi atq₃ soluendi. Intercedãt pro eo omnes sancti ⁊ electi Dei: qui pro christi nomine tormenta ĩ hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni celestis. Prestante domino nr̃o Jesu xp̃o qui cũ prẽ et spũ sancto viuit et r̃gnat ĩ secula seculorũ. ℟. Amen. Si amrtatur adhuc anima dicantur hi psalmi. Confitemini dño q̃m bonus. vsq₃ ie. Appropinquet deprecatio mea. Item Simbolũ Athanasij. Quicumq₃ vult saluus esse. Item.

Passio secundũ Matheum.

Passio secundũ Marchũ.

Passio s̃m Lucam.

Et passio secundũ Joannem.

¶ Predicte orationes et suffragia dicẽda sunt plus et minus s̃m q̃d necessariũ fuerit: quia aliqui ĩ extremis laborant longiori tempore aliqui breuiori, et ꝫ hoc legeñ sũt supscr̃ta.

¶ De officio faciendo post egressuz animæ de corpore. ¶ Egressa autē aīa dicit hoc. ℟. Subuenite sancti Dei: occurrite angeli domini: Suscipientes animā eius: Offerentes eā in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te christus qui vocauit te: et in sinu Abrahe angeli deducant te: Suscipientes. ℣. Requiem ęternaz dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Offerentes eā. Deinde. Kyriel'. Chr̄e elesson Kyriel'. Postea. Pater noster. Et ne nos. ℣. Requiem eternam dona ei dn̄e. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animaz eius. ℣. Requiescat ī pace. ℟. Amen. Domine exaudi orationem meaz. Et clamor. ℣. Dominus vobiscuz. ℟. Ecum.

Tibi domine cōmendamus Oratio. animā famuli tui. N. vt defunctus seculo, tibi viuat: et que per fragilitatē humanę conuersationis peccata cōmisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per xp̄z dominuz nr̄z. ℟. Amen.

Commendamus domine animaz famuli tui, in manibus sanctoruz Abraaz Ysaac Jacob: et omniuz patriarcharuz. Cōmen

damus domine animã famuli tui i manibus
sanctorũ Petri et Pauli, et Joannis, et om-
niũ apostolorũ. Cõmendamus tibi do-
mine animam famuli tui in manibus sanc-
torũ Stephani, Laurentij, et Blasij, et oĩũ
sanctorũ martirũ. Cõmendamus tibi do-
mine animaz famuli tui i manibus sanctorũ
Syluestri, Martini, et Nicolai, et oĩũ scõrũ
cõfessorũ. Cõmendamus tibi domine ani-
mam famuli tui in manibus sanctorũ Be-
nedicti, Egidij, et Antonij, et omniũ sancto-
rũ monachorũ. Cõmendamus tibi domi-
ne animaz famuli tui in manibus sanctarũ
virginũ Marie matris domini, Agnetis Ce-
cilie, et Catherine et oĩũ virginũ tuarũ. Cõ-
mendamus tibi domine in manus tuas spi-
ritum famuli tui: ne princeps ei noceat tene-
brarũ: sed tu domine misericorditer eũ pro-
tegas in secula seculorũ. ℟. Amen. Postea
induant eũ, et ponant eũ in feretro, Et
Sacerdos simpliciter dicat. Kyriel'. Chr-
eleison. Kyriel'. Pater noster. Secreto. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. In memoria
eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala

non timebit. ℣. Ne tradas bestijs animã confitentem tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vob̃cum. ℟. Et cum spũ tuo. Oratio.

Suscipe domine animam famuli tui. N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: et libera eum de locis penarum: vt quietis et lucis æternæ beatitudine perfruatur: et inter sanctos, et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amen.

¶ Delatio corporis defuncti ad ecclesiam.

Deinde Sacerdos et clerici ordinate vadunt et corpus portent in eccl̃am cantando hoc Respon. Subuenite. vt infra. ℣. Suscipiat. et ℣. Requiem et̃nã. Depositio corpore in ecclesia, vel alia hora congruenti, Sacerdos et clerici p̃parẽt

se ad cantandum vigiliam. Duo clerici incipiant absolute sicut decet inuitatorium. Regem cui omnia viuunt. Et Psalmus. Venite exultemus domino. Et solemniter cantent totam vigiliam. Interim Sacerdos cum ministris prepareret se, et decantetur missa solemniter, et ordinate si tempus congruum fuerit.

Finita missa Sacerdos sine casula cum pluuiali, et ministris subdiaconus cum cruce et omnes alij in gradu suo veniant ordinate cum luminaribus, incenso, et aqua benedicta: et stent in circuitu feretri in modum rote: et Sacerdos a capite incipiat.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum quesumus tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Qui viuis et regnas deus in secula seculorum. R. Amen. Post istam orationem statim cantor incipiat sequens Responso.


Subuenite sancti de i
occur rite ange li domini
Suscipientes animã eius. Offe
rentes e am in ꝯspectu al=
tissimi .V. Suscipiat te


Chs qui voca uit te: et in sinu Abra
e angeli de du cant te
Suscipientes. Requi em
eternaz dona e i domine: et lux
perpetua luce at e i.



Offerentes.

Et dum cantatur responsorium Sacerdos accipiat turribulum de manu ministri et incenset corpus. Finito Responsorio cãtor cum primo choro dicit.



Kyri eleiso. Deinde omnes simul dicant.

Kyri e lei son.

Et eo finito Sacerdos dicat alta voce. Pater noster. Quo in silentio dicto subiungat. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum

OEus cui omnia viuunt: et cui non pereunt moriendo corpora nostra: sed mutantur in melius: te supplices ex- Oratio.

oramus: vt suscipi iubeas animam famuli tui N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: per manus sanctorum angelorum tuorū deducendam in sinu amici tui Abrahe patriarche: resuscitandamq; in nouissimo iudicij magni die: vt quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit: tu pius et misericors abluas: indulgendo. Per xpm dnm nm. ℟. Amen. Finita oratione cantores incipiant Responsorium.



Duz ve ne ris iu di-



ca re se culum per ignē.

℣. Tremens factus suz ego: et time o



duz discussio venerit atqz ventu ra

ira. Quando celi mouendi sunt.


M. Dies il la dies ire: calamitatis ꝛ mi-
seri e: dies magna et amara valde.
Et repet. Duz ve ne ris M.
Requiem eternaz dona ei do mine, et
lux perpetua, lu ceat ei. Li be ra.

Et repetitur. ℟. Libera me domine. Et interiz
q̄ dictuz responsoriuz secundo cantatur: fiat de
aqua benedicta et incenso vt supra. Completo
vero Responsorio dicatur vt supra. Kyriel'. Et
Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. A porta iferi.
℟. Erue domine animā eius. ℣. Requiescāt
in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi oratio-
nem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominꝰ
vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oremꝰ Oratio

Absolue quesumus domine animā famu-
li tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat:
et peccata que per fragilitatem carnis
humana conuersatione cōmisit: tu venia miseri-
cordissime pietatis absterge. Per xp̄m dn̄m nr̄m ℟. Am̄.
Finita oratione aliqui de circumstantibus acci-
piant feretruz. et deportent defunctuz ad tumulū;
et dn̄z portatur: clerici cantent sequentes Antipho.



In paradisuz deducāt te angeli: in tuo ad-



uentu suscipiant te martires: et perducāt te



in ciuitatem ſanctā hieru ſa lem.

Chor⁹ angelorum te ſuſci piat et cū laza



ro quōdā paupere eternā habeas requiem.

Antiphona.

Ego ſum. Aucuoc

Benedictus dominus deus israel: quia vi-
sitauit et fecit redemptionem plebis sue.
Et erexit cornu saluris nobis: in domo
dauid pueri sui. Sicut locutus est per os san-
ctorum qui a seculo sunt prophetaruz ei". Sa-
lutem ex inimicis nris: et de manu omniuz qui
oderunt nos. Ad faciendam misericordiã cũ
patribus nostris: et memorari testamenti sui
sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraam
patrem nostruz: daturuz se nobis. Ut sine ti-
more de manu inimicorum nostrorum liberati:
seruiamus illi. In sanctitate et iustitia coram
ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer pro-
pheta altissimi vocaberis: preibis enim ante fa
ciem domini parare vias eius. Ad dandã sci-
entiam saluris plebi eius: in remissionem pecca-
torum eoruz. Per viscera misericordie dei nri:
in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illumi
nare his qui in tenebris et in umbra mortis se-
dent: ad dirigendos pedes nostros in viã pacis.
Requiem eternam. Et lux perpetua. Anapho.



Ego sum resurrectio et vita qui credit in me

etiam si mort' fue rit viuet: et oīs q̄ viuit



et credit i me: nō mori e tur i eternum.



Omnis sp̄s. Euouae

Laudate dominuz de celis: laudate euz in excelsis. Laudate euz omnes angeli ei⁹: laudate euz omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate euz omnes stelle, et lumen. Laudate euz celi celoruz: et aque oēs que super celos sunt laudent nomen dñi. Q̄ ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Statuit ea in eternuz, et in seculum seculi: preceptuz posuit et non preteribit. Laudate dominuz de terra: dracones, et omnes abissi.

Ignis grando, nix, glacies spiritus procella
rum: que faciunt verbum eius. Montes, et oēs
colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie
et vniuersa pecora: serpentes, et volucres pēna
te. Reges terre et omnes populi: principes et
omnes iudices terre. Iuuenes et virgines se-
nes cum iunioribus laudent nomen domini. qz
exaltatum est nomen eius solius. Confessio ei⁹
super celum et terram: et exaltauit cornu populi
sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Is-
rael populo appropinquanti sibi. Cantate dño
canticum nouum: laus ei⁹ in ecclesia sanctorum.
Letetur Israel in eo in eo qui fecit eum: et filie
sion exultent in rege suo. Laudent nomē ei⁹
in choro: in tympano et psalterio psalant
ei. Quia beneplacitum est domino in populo
suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Ex-
ultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilib⁹
suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gla
dij ancipites in manibus eorum. Ad faciēn-
dam vindictam in nationibus: increpationes
in populis. Ad alligandos reges eorum in com-
pedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria

hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominū in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eī: laudate eum secundū multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eū in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominū. R. equiem etrnā. Amā.

Omnis spiritus laudet dominū.

Dis omnibus finitis: Sacerdos accipiat aquā benedictam & aspergat corpus defuncti & tumulum & incenset similiter: et dicat alta voce. Pr noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. Non intres in iudicium cū seruo tuo domine. ℟. Quia nō iustificabitur in ospectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et Clamor. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū.

Satisfaciat tibi quæsumus dñe Oratio.
deus nr̃ pro anima famuli tui dei genetri-
cis semperq; virginis Marie, et sanctissi-
morũ apostolorũ Petri ⁊ Pauli et sancti. N.
omniũq; sanctorũ tuorũ oratio: et presentis fa-
milie tue humilis, ⁊ deuota supplicatio: vt pecca-
torũ omniũ veniam; quam precamur, obtineat:
nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis;
quem filij tui domini nr̃i Jesu xp̃i precioso sangui-
ne redemisti. Qui tecum viuit et regnat et c̃. ℟.
Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiri-
tu tuo. Et idem Sacerdos dicat. Anima eius:
et anime omniũ fidelium defunctorũ per mĩaz
Dei. Et cantores immediate subiungant.


Et circum-
stãtes cle-
rici r̃ndeãt.

Requiescãt ĩ pace. Amen.

Et tunc statim cantores incipiant Responsoriũ.

Memento me i deus quia ventus ẽ



vita me a. Nec a=



ſpi ciat me viſus homi nis.



℣ De pro fun dis clamaui ad te domine:



domine exaudi vocem me am.



Nec a ſpici at me. ℣ Requiem



eternam dona ei domine: ꝛ lux ꝑ



petua luce at e i. Nec

Dum predictuꝫ Responsoriuꝫ cantatur: reuertantur in ecclesiam. Et postq̄ꝫ reuersi fuerint stēt ordinate in choro. Et finito responsorio Sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animaꝫ eius. ℣. Requiescat ī pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationeꝫ meā. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū sp̄ū tuo.

Tibi domine cōmendamus animam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: et peccata q̄ per fragilitatem mundane conuersationis cōmisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per chr̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. ℟. Amen. Finis

Laus Deo.

¶ De officio sepulture ꝙ paruulorum.
Quando puer extrahitur de domo: et deportatur ad ecclesiam dicuntur Psalmi.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exqrunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar: cum prospexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo qõ didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiam nõ me derelinquas vsquequaq. Gloria patri. et.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq; in seculum. A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius. Quis sicut dñs deus nr qui in altis habitat et humilia respicit: in celo et in terra: Suscitans a terra inopem. et de stercore erigens pauperem: Ut collocet

Psalmus

locet eum cum principibus: cum principibus po-
puli sui. Qui habitare facit sterilem in domo:
matrem filiorum letantem. Gloria patri et c̄. Et
quando puer fuerit in ecclesia: incipit. Ant̄a.
Hic accipiet benedictionem a domino: et miseri-
cordiam a deo salutari suo: q̄r hec est generatio
querentium dominum. Psalmus.

Domini est terra et plenitudo eius: or-
bis terrarum et vniuersi qui habitant
in eo. Quia ipse super maria fundauit
eum: et super flumina preparauit eum. Quis ascē-
det in montem domini: aut quis stabit in loco sc̄o
eius? Innocens manibus et mundo corde: q̄ nō
accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo
proximi sui. Hic accipiet benedictionem a dn̄o:
et misericordiam a deo salutari suo. Hec est ge-
neratio querentium eum: querentium faciem Dei
Jacob. Attollite portas principes vestras: et ele-
uamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus fortis et potēs,
dominus potens in prelio. Attollite portas pri-
cipes vr̄as: et eleuamini porte eternales, et intro
ibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dominus
virtutum ipse est rex glorie. Gloria patri et c̄.

Quo finito dicatur. Kyriel'. Chr̃el'. Kyriele. Pr̃ noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Me autem propter innocentiã suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis: dum migrant a seculo sine vllis eorũ meritis, vitam illico largiris eternam: sicut anime huius paruuli hodie credimus te fecisse: fac nos quesumus domine per intercessionem beate Marie virginis ⁊ omniũ sc̃oꝝ tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: et in paradiso cũ beatis paruulis perenniter sociari. Per xp̃ꝫ dn̄ꝫ nr̃ꝫ. ℟. Amen. Duꝫ portatur ad tumuluꝫ dicatur Antiphona. Iuuenes et virgines, senes cuꝫ iunioribus laudẽt nomen dn̄i. Psalmus. Laudate dn̄ꝫ de celis. qr̃e car. . Deinde dicat. Kyriel'. Chr̃e. Kyriel'. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnuꝫ celoruꝫ. ℣. Dominus vobiscuꝫ. ℟. Et cuꝫ sp̃u tuo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: sancte puritatis amator: qui animã huius parvuli ad celorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tue sanctissime passionis: et intercessione beate marie virginis: et omniũ scõrum tuorum in eodem regno nos cum omnibus scis et electis tuis semper facias congaudere celestibus. Qui vivis et regnas cum deo pie in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ¶ Quando reuertuntur ad ecclesiam: pronunciatur Antiphona. Benedicite dominum. Canticum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini dño: benedicite celi domino. Benedicite aque omnes que super celos sunt dño: benedicite omnes virtutes dñi domino. Benedicite sol et luna dño: benedicite stelle celi dño. Benedicite imber et ros dño: benedicite omnes spũs dei domino. Benedicite ignis et estus dño: benedicite fruges et estas domino. Benedicite rores et pruina

